

Cum Critice Pagii.

5

CHRISTI
319.

SILVESTRI PAP.
6.

CONSTANTINI IMP.
14.

*Sed Greci, quibus est nihil negatum,
Et quos A'pos A'pos debeat sonare:
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.*

XL.
Illudit A-
rio Con-
stantin.

Constantinus autem illudens Ario, Ho-
mericum carmen sic usurpat: *Agedum,
Mars, Ari, clypear sane utendum est.
Ne hoc, quoq' sumus, facias; cohibeat te
saltus Veneris congreſsus. Atque utinam
ficti armis egregie instrutus videris,
ita pietate erga Cibritum floreres! Rus-
sus Imperator recitat verba Arii humili-
les spiritus simulantes; sunt vero hoc:
En rursum supplici venio; & armorum
copia præpollens, pugnare nolo, sed Cibri-
fi munitius fide, tibi, atque aliis volo
mederi. Quem Constantinus ludens, quod
Mars simulet lenitatem, subdit: *Cur au-
tem ea te facere dicas, que tuis moribus
non convenient? At cum qualis quiete, dic
quoq' so, aut quibus fructus copias, vel po-
tius quo temeritatis progressus? O auda-
ciam dignam que fulminibus deponatur!* Audite enim, que nuper mihi significa-
vit, calamo virus instillante scribens: *Sic, inquit credimus. Tum nefcio que
adjungens accurate atque ad factum me-
ditata, ulteriusque procedens, nihil ma-
li retinuit, sed universum (ut ita dicam)
amenie thesaurum exprompsit: Expelli-
m' inquit: recipendi nos potestatem auferunt. Sed nondum hac ad rem; ce-
tera attendite; eus enim verbis utar.**

XII.
Exclama-
tio in A-
rianos.

*Postulamus, inquit (si quidem in ea-
dem sententia Episcopus Alexandriae ma-
neat) potestatem nobis postbac ex legis
constitutione dari, legitima, & indepre-
cabilis offici Deo perfolvendi. O gravem
impudentiam, quam studio veritatis re-
dargui conveniebat! quod enim ipsi cordi
erat, id brevitatis sermonis expressit. Quis
locus sermoni tuo est? putrem fractamque
quasi navium mentem tuam nobis opponere
moliris, diffidium speciosum? cosque qui
ribi in malum adhæserunt, perdere stades?
Quid igitur, inquis faciam, si nemo reci-
pere me dignatur? hos enim sepe nefariis
faucibus exclamas. Ego vero contra ro-
gabo te: Ubinam apertum sententia tua
signum ac testimonium ostendisti? quam te
divini humanisque artibus explicasse ac
declarasse oportuit; idque minime, quod
venenati serpentes tunc magis efferantur,
cum se in profundos latibulorum secessus
abdidissent. Hoc autem illius valde sci-
tum est, quod magno studio silentium, quasi*

PAGIUS etsi Provincialis Synodus Gangrensis esset, tamen
cum auctoritate Sedis Apostolice jam esset in Oc-
idente recepta, perinde erat ac si ab initio ea-
dem auctoritate Canones illos constitueret. Cum
vero *Hofius* sub Constantio Imperatore vita ex-
cesserit, & ut suo loco videbitur, anno CCC-
LVIII, in Hispaniam reversus sit, liquet, ante

*sub quadam verecundia persona, simulet;
et ipsum placidum ac lenem simulationis arti-
stico præbes: fallit autem plerosque ani-
mus tuus sexcentis intus malis atque in-
fidis scatens. O insignem calamitatem! Sic.
Malus, ut volunt, Aruum nobis exhibuit
scelerum officinam.*

*Dic jam mihi, in medium progressus,
fidei tuae argumenta, & indicia noli re-
ticere; o quis os perversum, naturam pro-
clivem ad omne genus improbitatis ba-
bes. Unum dicas Deum; babes exinde me
sententiae; sic igitur sentias. Ejus essen-
tia Verbum, & principi, & finis expers,
Verbum esse dicas; eo contentus sum; ita
crede. Si quid preterea adjungi, id tol-
lo. Si quid ad impian separationem fra-
duleter constis, id nec videre, nec intel-
ligere me confitetur. Si hospitium corporis
apamis ad diuinorum operum dispensatio-
nem, non improbo: Hec pie interpretan-
da, non diutorquenda ad Nestorii impian
sententiam; reperimus enim veteres scri-
ptores ita nonnumquam esse locutos, quam-
vis sentirent Christi Dei, & hominis unam
esse personam: Si spiritum aeternitatis in
supereminenti Verbo genitum dicas, acci-
pio. De Verbo hæc interpretanda sunt,
non de Spiritu sancto, quem nemo unquam
dixit genitum, sed procedentem a Patre
aque Filio. His subdit: *Quis Patrem no-
vit, nisi qui venit a Patre? Quem novit
Pater, nisi quem ab aeterno ac sine prin-
cipio ex se genuit? Tu quidem hypothesin
peregrinam ac nobis inauditam subjecere
putas oportere, male utique credens. Ego
vero potestatis superprecedenter, & ad
omnia permanentis plenitudinem Patris, &
Filiis essentiam unam eis iudico. Quod hic
habet textus, plenitudinem, Grece πληντιδινη
legitur, quod tam significat plenitudinem,
qua contineat plures personas, & oppo-
nit singularitati, quam sancta Trinitas
expludit. Sed rursum post hæc Impera-
tor: *Si igitur aucters quidem ab illo, a
quo separari ne cogitatione quidem conten-
tisorum unquam posuit; additionis autem
charakterem praefrui ac premunis, & peni-
tius notas ac signa questionum disternas;*
illi totam ex se aeternitatem dedit, cogi-
tationem vero integrum ac incorruptam,
immortalitatemque per se, & Ecclesia at-
tribuit fidem. Quæcumque enim Verbum
habet, a Patre accepit, a nativitate aet-
erna; cogitatio quidem non cadit in Deum
proprie, sed Christo ut homini convenit.
Sunt hæc igitur pie intelligenda; sed per-
git Imperator:**

XIII.
Arguitur
perfidia
Arii.

De-
*eum annum hanc Synodum congregatum. Va-
lefus in Notis ab Socratem lib. 2. cap. 43. per-
peram feribit, hoc Concilium ante Valentini Im-
peratoris tempora congregatum non esse, quia
Divus Basilius in epistola LXXIV. quam ad Oc-
cidentales sub Valente contra Eusebium Seba-
stenum dedit, Gangrenis Concili nullam men-
tio-*